



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Cathedralis? Resp. affirmatiue, cum talis canonicus possit eligi conseruator, vt ex predictis constitutionibus obseruat, etiam Barbosa loco cit. num. 11. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 52. & 53.

- 15 Quæres 5. an officium, seu munus Conseruatorum, quia Regularibus eliguntur, cesserit per mortem Papæ? Resp. negatiue: quia eliguntur virtute priuilegij, seu concessionis, & gratiæ factæ eisdem Religionibus Nau. cap. 27. n. 253. Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 65. art. 6. Mirand. in man. tom. 2. q. 47. art. 6. quos refert, & sequitur Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 10. nu. 20. vbi etiam dicit, dispositionem cap. fin. de offic. deleg. in 6. in quo habetur, officium quorumcunque Conseruatorum quoad non capta negotia per obitum concedentis, expirare, solum procedere in conseruatore concessio priuatis personis, non autem ordini, vel Religioni.

S V M M A R I V M.

- 1 In quolibet monasterio tam virorum, quam mulierum is tantum numerus constituendus est, qui vel ex redditibus, vel ex consuetis elemosinis sustentari commodè potest.
- 2 Determinare numerum monialium ad Episcopum spectat etiã in Monasterijs exemptis.
- 3 Quando ultra numerum præfixum alia moniales recipi possint.
- 4 An possint ultra duas sorores in eodem monasterio habitum regularem suscipere.

C A P. I H.

De Numero monialium in quouis monasterio præfigendo.

IN Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantum numerus constituendus est, ac in posterum conseruandus, qui vel ex redditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetis elemosinis commodè possit sustentari ex decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 3.

Determinare verò numerum monialium ad Episcopum spectat etiam in monasterijs, quæ regularibus subdita sunt, cum interuentu tamen superioris regularis ex constitutione Greg. XIII. incip. Deo sacris, quam refert Quarant. in ver. monasteria monialium, & c. fuit etiam Sac. Cong. teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 4. ver. moniales num. 5.

Observant tamen DD. quod etiam vbi expletus est numerus monialium, quæ ali possunt ex annuis redditibus monasterij, possunt alia sufficienter dotata cuni sua dote supra illum numerum admitti, vt d. Nau. de Redit. eccles. q. 1. moni. 62. num. 2. vbi aduertit, Concilium loco cit. tantum prohibere, nè recipiantur indotata: & cum expensis monasterij, & ita etiam tenent alij DD. quos refert

Gggg 2 fert